

# DICTIO I.

35

re, quod sit de opere hominum, scies quod  
sumus non est nisi de igne, & ignem faciunt  
ibi homines. Et si igitur non videoas ibi, nec  
aliquid aliud, ut tu possis cognoscere quod  
non sunt ibi homines per visum, accedes ad  
portam, & inquires per auditum (scilicet sen-  
sum secundum) quid est: si ibi audies sonum  
quem faciunt homines. Et si non audies, que-  
res per sensum tertium, qui est odoratus: vi-  
debis si odorabis aliud, quod faciant ibi  
homines: & si cum istis praedictis tribus non  
potueris scire quod ibi sint homines: non  
poteris scire cum alijs duobus residuis: & si  
potes scire quod homines sint ibi, scies res  
duas de quatuor petitionibus, una quod ho-  
mines sint ibi: secunda, quid sunt homines:  
& tu petes ab eis, quomodo permanent ibi,  
& cur: & scies omnes quatuor petitiones.  
Et sic debes querere de omnibus rebus si  
sunt: & si sunt, quid sunt: & quomodo sunt:  
& cur sunt. Et modo petimus si est Alchi-  
mia, sunt quidam de naturalibus qui dicunt:  
quod non est Alchimia: sed Aristoteles &  
Plato, & omnes philosophi dicunt quod  
est: & oculis, scilicet visu, osten-  
dimus quid sit Alchi-  
mia.

23